

dependentia ab expressis in ipsa divisione. Declaratur secundò, ut locum non habeat hic casus, quando ipsi diuidentes promiserunt non contravenire occasione fideicommissi debendi. Nam tunc, præsupposita scientia fideicommissi, censetur illud remissum. Ita Bar. in dict. l. qui Romæ, §. duo fratres, quæst. 4. num. 27. de verb. obl. quem secuti sunt ibi Crot. nu. 107. Ripa n. 62. Et his accedunt Castr. in cons. 188. Quia dubia, col. 1. lib. 1. Curt. sen. cons. 64 col. 17. in fin. & Neuz. in cons. 31. num. 14.

Hæc declaratio multò magis procedit, quando diuidentes promiserunt nihil amplius petere, vel contravenire iure substitutionis, vel fideicommissi, vel alio quocunque. Hoc sanè casu, præsupposita semper scientia fideicommissi, siue patrum, vel aviti, siue transuersalium, censetur illud remissum. Ita Bar. in d. §. duo fratres, qu. 5. num. 28. quem secuti sunt ibid. Alexand. & Iaf. & verè non est quod dissentiat, & idem responderunt Ruin. in cons. 137. num. 15. lib. 2. Pars. cons. 71. num. 2. lib. 3. Goz. cons. 45. num. 17. Socin. lun. cons. 129. num. 60. lib. 1. & Alc. in resp. 646. num. 2.

Quartus est casus, quando diuidentes remiserunt omnem ius sibi competens, & competiturum. Vel si dictum est, remittentes ius quod habent, vel habere sperant. Vel quod habent, vel habere possunt. Atque ita verba sic concepta comprehendunt etiam tempus futurum. Hic clarioris doctrinæ gratia, distinguendi sunt duo casus vna cum Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, qu. 6. nu. 19. vers. nunc ad propositum, de verb. obl.

34 Primus est, quando nulla alia causa subsistet, ex qua diuidentes sperare possent aliquod ius in ipsis bonis, quæ fideicommissum. Hoc in casu præsumitur remissum hoc ius fideicommissi. Ita Bar. in d. §. duo fratres, num. 19. in fin. Et illum secuti sunt ibidem Crotus num. 127. qui multis similibus comprobatur. Idem responderunt Bald. in cons. 440. Factum proponitur esse tale, col. 2. vers. sic item sunt hic verba, lib. 3. Alexand. in consil. 102. nu. 6. lib. 6. qui simili traditione Baldi comprobavit. Ruin. in consil. 84. num. 7. in cons. 119. num. 11. in consil. 144. num. 5. & in cons. 152. num. 9. lib. 2. in cons. 92. num. 23. & in consil. 156. num. 3. lib. 3. Dec. in consil. 287. in fin. Pars. in cons. 52. num. 37. & in consil. 71. num. 14. lib. 3. Socinus iun. in cons. 116. num. 50. & 54. lib. 1. Et hos secutus sum in cons. 87. nu. 20. lib. 1. Et his accedunt Dec. in l. 1. num. 32. in fin. C. de pactis, (si ibidem Cagnolus num. 84. dissentit.) Ripa in d. §. duo fratres, num. 48. & num. 79. Crauetta in cons. 63. nu. 9. vers. secundo, cum actio & num. 13. Roland. in consil. 34. num. 92. libr. 4. & Decian. in consil. 3. num. 14. & num. 121. lib. 1. Ea est ratio, quia (vt dicebat Bart.) videtur nominatim expressum hoc ius fideicommissi, cum nullum aliud adsit ius, arg. l. 2. ff. de liber. & posth. Et confert, secundum Crotum in d. §. duo fratres, num. 127. simile ex l. si optio, ff. de optio. lega. & l. pediculis, §. cum quæreretur, ff. de auro, & argent. lega. vbi si testator legavit ornamentum muliebrem cum auro, comprehenduntur ea, quæ testator habebat venalia, quando testator nihil aliud habebat, ad quod prædictum legatum posset referri. Confert & l. fundus qui locatus, ff. de fundo instrumto, instrumento que leg.

Præterea etiam frustra verba hæc essent apposta, & nihil operarentur, contra l. si quando, in princ. de leg. 1. Et in specie ita considerat Crau. in dic. cons. 638. nu. 12. qui regulam hanc ex dic. l. si quando, de sumptam multis exornat.

Cæterum solet hoc in casu dubitari, cui incumbat onus probandi, aliam non affuisse causam, quam ius fideicommissi. Ruinus in dicto consil. 152. num. 9. lib. 2. respondit, afferentem aliam affuisse causam probare debere. Et Ruinum secutus sum in dicto consil. 87. num. 21. Et idem

verè sensit Gratus in cons. 6. nu. 17. vers. sed hic non apparet, lib. 1. Ea asserti potest ratio, quod si actionum, & iurium pluralitas non præsumitur, iuxta ea quæ tradit Corn. consil. 144. num. 11. lib. 4. Socinus senior consil. 40. col. 2. lib. 3. & Crauet. in consil. 198. num. 4. Is ergo qui asserit plures habere actiones, & iura, probare debet, vt præcitati Doctores scribunt, & si aliter responderunt Albanus in consil. 74. num. 11. & 12. & Beccius in consilio 111. num. 26. Quocirca malè à Ruino dissentit Alba in consil. 74. num. 11. & 12. & Franciscus Beccius in consil. 111. num. 27. Quorum considerationes confutauit in dicto consil. 87. num. 21. & 22. Et hic considerandū est, quod respectu bonorum fideicommissi, nulla alia causa, & actio considerari potest, quia nullus contractus super illius bonis potuit fieri.

Secundus est casus, quando tempore diuisionis alia extabant causas, ex quibus diuidentes sperabant in dictis bonis habere aliquod ius, vtputa ex aliquibus præcedentibus contractibus. Hoc in casu concidit Bart. in d. §. duo fratres, num. 19. vers. Nunc ad propositum, nõ præsumitur remissum fideicommissum. Et Bartolum secuti sunt ibidem Arer. & Alexand. & communem testatur ibidem Crotus num. 126. Ripa num. 78. Corn. in consil. 55. in fine, lib. 3. Gratus in consil. 17. numer. 47. & in consil. 60. num. 6. lib. 1. Gozadin. in consil. 45. num. 18. Ruinus in consil. 92. num. 12. lib. 3. qui respondit eo in casu, in quo cessio actionum referri poterat ad personas eorum, qui bona fideicommissi occupauerant. Decian. in consil. 3. num. 122. & nu. 127. lib. 1. sic & Franciscus Becc. consil. 111. num. 26. His accedit decisio Rotæ Romanæ referente Verallo in decis. 20. pars. secunda. Ea est ratio, quia remittens ius quod habet, vel habere sperat, intelligitur remisisse ius, quod sperat habere ex causa subsistente de præsentibus, non autem de futuro, atque ex causa euentus casus fideicommissi, iuxta l. quod seruus, ff. de condition. ob causam, l. 1. ff. de statu liberis, quæ deducit, & explicat Bart. in d. §. duo fratres, num. 19. ver. probatur supra. & tradunt præcitati Doctores, qui similibus comprobant.

Hic casus multo magis procedit, quando in diuisione non fuisset apposta aliqua verba restrictiua, quibus excluderetur ius futurum, vt si dixissent, remittere, & liberare ab omni iure, vsq. in præsentem diem. Ruin. in consil. 137. num. 15. lib. 2. idem sensit Ang. in consil. 287. nu. 3. vers. sed in themate.

Declaratur hic casus, vt non habeat locum, quando verba posita in diuisione essent valde vniuersalia. Soc. senior in consil. 251. num. 16. lib. 2. vt respondit Cur. iun. in consil. 49. num. 10. qui num. 13. dixit in specie, quod quando verba non possunt adaptari ad causam de præsentibus, sed ad futuram tantum, comprehendunt ipsum fideicommissum. Ruin. in consil. 52. num. 10. lib. 2. Dec. in consil. 287. ad finem, & in consil. 345. col. 2. idem respondit Gratus in consil. 17. num. 12. & in consil. 6. num. 17. lib. 1. Socin. iun. in consil. 116. num. 53. lib. 1. Idem est, quando dixissent transferre omni modo omnem ius. Ita Gratus in dic. consil. 60. num. 18. Pars. in consil. 71. num. 14. lib. 3. Ita etiam in specie respondit Crauet. in consil. 638. nu. 14. remissum præsumi fideicommissum, cum dictum est, quod renunciabant omnibus iuribus quomodolibet ad se spectantibus. Ita etiam quando expresse dictum est, quod 41 renunciant etiam iuri de futuro. Boer. quæst. 147. num. 14. Idem etiam responderunt Cephalus in consilio 253. num. 9. lib. 2. & Roland. in consil. 34. num. 92. lib. 4. quædo diuidentes dederunt, & concesserunt inuicem omnia iura, actiones reales, & personales sibi spectantia, & pertinentia, & quæ spectare possent, possunt, & potuissent in futurum, sic & Thobias Nonius in consil. 41. num. 7.

Cæterum declaratio hæc locum non haberet, quædo refer-

reseruatam, atque exceptam fuisset fideicommissum. Ita Gratus in consil. 29. num. 29. lib. 2. & Cephal. in consil. 296. num. 9. & num. 11. lib. 2. vbi num. 30. rejicit contrariam opinionem. Soc. sen. in consil. 43. libr. 4. quem etiam damnat Alc. in d. §. duo fratres, nu. 30. vers. sed si in instrumto, et si Ripa ibidem num. 84. vers. ampliatur secundo sequutus sit Socinus, cuius opinionem probauit, eo tamen non relato sibi parum constans Caph. in consil. 253. nu. 20. 21. & 22. lib. 2.

Quintus est casus, quando in diuisione adiecta fuit hæc clausula, ad habendum, tenendum, vendendum, alienandum, & car. an his verbis præsumatur remissum fideicommissum. Hoc in casu variæ sunt Dd. opiniones.

42 Prima fuit eorum, qui existimant, non solum non esse remissum fideicommissum, sed nec etiam datam facultatem alienandi bona ipsa fideicommissi, quin eueniente conditione recuperari possint. Hac in opinione fuit Aret. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, qu. 8. de verbo. obligat. quem secutus est Gozad. in dic. consil. 36. num. 13. vers. 3. & num. 13. et si ibi citet Castr. & Rom. qui aliter dicunt, Et in hanc visus est procliuor Soc. iun. in d. §. duo fratres, num. 127.

Primò ea ratione motus est Aretin. quod alienandi potestas referri non debet ad fideicommissum dependens ex testamento.

Verum respondeatur ex sententia Iason. & Ripæ, quos infra commemorabimus, id verum esse, quando clausula illa possit aliud operari. At hic operari nil potest, nisi dicamus, remissum esse fideicommissum. Quandoquidè absque præiudicio fideicommissi poterat quilibet ante diuisionem alienare partem suam, donec euenisset conditio, vlt. §. fin. autem auaritie, C. communia de lega. & infra comprobabimus, vbi etiam demonstrabimus non esse recipiendam considerationem Socini iun. in dic. §. duo fratres, nu. 127. nec ei obstat, cum dixit ferendum magis esse quod clausula hæc nil operetur, quam vt fideicommissum dicatur remissum. Præterea respondeatur secundum Ruin. consil. 139. nu. 11. lib. 2. quod illud procedit inter ignorantem disposita in testamento, sicque fideicommissum, secus inter scientes.

Secundò motus est Aretinus ea ratione, quod clausula hæc, & illi similes, accessoria dicuntur, & in parte exercitiua posita, & propterea non mutant, nec ampliant dispositionem ipsam principalem, sed eius naturam tantum sequuntur, clem. de præb. & tradunt Dec. in consil. 500. num. 8. & in consil. 521. num. 14. & 15. & alibi sæpe. Non ergo clausula hæc operatur remissionem fideicommissi.

Cæterum respondeatur, vt scripti in consil. 87. num. 44. lib. 1. post Ripam in d. §. duo fratres, nu. 84. non repeto, quæ facile illo in loco legi possunt.

Tertiò vrgere videtur, quod hæc clausula creditur ad 44 iacta ex stylo, & vsu notarij, & propterea nil operatur, vt in specie respondit Soc. iun. in consil. 116. num. 21. lib. 1. Et similibus in casibus, tradunt à me congesti in consil. 87. num. 6. & 7. lib. 1.

Verum respondeatur, vt scripti in d. consil. 87. nu. 45. quod imò hæc clausula præsumuntur appositæ partium consensu. Quam sententiam illo in loco multis rationibus, & Dd. auctoritatibus comprobauit. Et alia plura scripti in consil. 37. col. lib. 1. Sic etiam in specie nostra respondit Rim. iun. in consil. 80. num. 44. lib. 1. & Roland. in consil. 34. num. 93. 94. lib. 4.

45 Quartò mouet Aretin. quia remissio fideicommissi non dicitur facta, nisi visis, & inspectis verbis testamenti, l. de his, ff. de transact. Quæ sanè verba dici non possunt fuisse inspecta isto in casu. Respondetur, Dd. præsupponere diuidentes ipsos scire disposita in testamento, illudque vidisse, & considerasse. Nā quando de vno di-

sputatur, reliqua præsupponuntur habilia, l. qui testamento, in ff. de test. & c. 1. de ætate, & qual. in 6.

46 Secunda est opinio eorum, qui existimant, imò ob hanc alienandi facultatem concessam, præsumi absolute, & simpliciter remissum fideicommissum, hæc manifestè probarunt Ang. in d. §. duo fratres, qu. 5. Imol. & Crot. num. 133. qui ita (et si malè) loqui Bart. intellexerunt. Eandem affirmarunt Cur. sen. in consil. 64. col. pen. vers. & præsentis narratione. Dec. in consil. 17. num. 49. & apertius in consil. 60. nu. 8. lib. 1. Soc. iun. in consil. 116. nu. 56. lib. 1. Rolan. a Valle in consil. 34. nu. 80. lib. 4. Cephal. in consil. 253. num. 8. lib. 2.

Horum opinio visa mihi fuit semper verior, præsupposita tamen scientia fideicommissi. Nam frater iste qui dat facultatem alienandi, simpliciter, & purè eam dat, non autem sub conditione. Si enim data esset sub conditione, ea alienatione non secuta, locus esset repetitioni fideicommissi, quippe quod ea conditione non purificata, res primum suum statum retinet. Sed cum pure data est, nil aliud significare voluit concedens, quæ quod frater ille suus, cui concessit, esset liberè, & absolute dominus, & propterea posset ad libitum rem ipsam alienare.

Tertia fuit opinio eorum, qui dixerunt, ob hanc clausulam, non esse tamen absolute, & simpliciter remissum fideicommissum, sed solum secuta ipsa alienatione. In hac opinione verè fuit Bart. in dic. §. duo fratres, quæst. 8. num. 21. sicuti illum expressim ibi intellexerunt Alexan. nu. 73. Iaf. in consil. 58. & Soc. iun. nu. 127. vers. & absque dubio, qui dixit absque dubio Bartolum sic intellexisse, quod, & ego verum puto. Nam id significant iura quibus traditionem suam confirmat Bartolum præsertim, l. sicut, §. superuacuum, & §. penul. ff. quibus modis pignus vel hypoth. soluitur, de qua infra dicemus. Idem significant, & verba eiusdem Bartoli in quæst. 9. quæ immediate subsequitur, dum ita scribit. Nonò quæro, pone quod non remissum ius fideicommissi, nec data licentia de vendendo, & c. Ecce quod Bar. constituit differentiam inter fideicommissi remissionem, & pactum de alienando. Hanc quoque Bartoli opinionem secutus est Bald. in consil. 89. Dominus Thomas Afariarius, in 4. puncto, l. 1. qui manifestè dixit, durare fideicommissum licet obstat exceptio. Idem etiam sensit Castr. in consil. 188. Quia dubia, num. 1. in fin. lib. 2. & apertius Roman. in consil. 403. num. 2. Alexand. & Iaf. in dic. §. duo fratres, ille nu. 58. in fine num. 73. Ita etiam Ripa num. 83. iunctis his, quæ tradit num. 74. vers. limitatur primo, & Alc. ibidem num. 29. vers. primus est, & num. 30. & num. 31. & in resp. 539. in fi. Eandem probarunt Alexand. in consilio 199. num. 10. lib. 2. & in consil. 8. num. 7. lib. 5. Soc. Sen. in consil. 43. num. 1. & 14. ver. ex quibus in foro, lib. 4. Corn. in consil. 144. col. ult. lib. 3. Ruin. in consil. 147. num. 16. lib. 2. & in consil. 92. num. 27. lib. 3. Alc. in respon. 577. nu. 1. Crau. in consil. 24. num. 8. Decian. in consil. 3. num. 147. lib. 1. Rimin. iun. in consil. 80. numer. 38. lib. 1. & in consil. 204. num. 46. lib. 2. Et M. Ant. Peregr. in trac. de fideicommiss. art. 52. num. 44. vers. ego autem, qui dixit ab hac opinione Bart. non esse recedendum.

Primò motus est Bartol. ex l. sicut, §. superuacuum, & §. pen. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluitur, vbi permisso facta à creditore debitori, vt possit vendere pignus, non tollit ius pignoris, nisi venditione secuta. Ita ergo, & nostro in casu facultas alienandi fideicommissi bona, non infert remissum esse fideicommissum, nisi secuta ipsa alienatione.

Cæterum respondeatur terminos non esse pares. Nam in casu d. §. superuacuum, & §. pen. permisso illa creditoris ad duo referri potuisset videbatur, hoc est ad ius ipsius crediti, & ad ius pignoris, in dubio autem intelligitur referri ad ius pignoris tum ob naturam actus, tum ne credi-



creditor ius suum totum donasse, nil inde accepto dica-  
 50 tur. Et ideo permissio illa operatur remissionem iuris  
 pignoris, non autem crediti principalis, secuta scilicet  
 ipsa venditione. Nostro in casu permissio hæc nil aliud  
 operatur nisi remissionem iuris fideicommissi, cum tan-  
 tum ipse retineat, quantum fratri concedit, quod non  
 contingit in d. §. superuacuum, in d. §. pen.  
 51 Hac tamen opinione Bartoli approbata, à qua in f. iu-  
 dicijs difficile esset recedere, sequitur, quod alienatione  
 secuta, non potest eueniente conditione, is frater, qui  
 alienationem permisit, recuperare ea bona è manibus  
 eorum, qui ea emerunt, vel alio titulo concessi sunt.  
 Nam ij emptores nouique acquirentes tuti sunt contra  
 fratrem hunc, qui asserit euenisse casum fideicommissi.  
 Ita verè docuit Bar. in d. §. duo fratres, quæst. 8. num. 21.  
 ibi, responde, si quidem alienatio esset secuta, puto quod  
 emptor non possit postea inquietari, & Bartolum sic in-  
 tellexit ibidem Alc. num. 28. vers. sed quid si. & in dic. res-  
 pons. 539. in fi. Et si Ripa in d. §. duo fratres, num. 83. &  
 alij plures aliter nisi sint intelligere Bartolum. Hic ita-  
 que emptor tutus est, siue (vt inquit Bartol. & rectè) fra-  
 tres fuerint scientes, siue ignorantes fideicommissi. Quã-  
 doquidem (voluit dicere Bartolus) eorum ignorantia  
 nocere non debet emptori, qui in bona fide est, ex quo  
 emit visa diuisione cum facultate hinc inde cõcessa ali-  
 nandi, & credit hic emptor fratres illos sciuisse, & cog-  
 nouisse ius fideicommissi, quod eis competeat, & com-  
 petere poterat in bonis à se diuisis. Est itaque (vt dixi-  
 mus) tutus hic emptor. Et Bartolum secuti sunt Alciar.  
 ibidem num. 31. vers. sed quid si is qui licentiam, & aper-  
 tius Rui. in conf. 114. num. 10. in fin. lib. 2. Soc. Sen. conf.  
 43. num. 19. lib. 4. Patil. conf. 46. num. 26. 27. li. 2. Id quod  
 probat Bart. primo ex l. si mandato Titij. ff. mand. quam  
 ad rem hanc inducit Soc. iun. in d. §. duo fratres. n. 127.  
 Adducit secundo Bart. tex. l. si fundum per fideicom-  
 missum. in princ. ff. de legat. 1. quam non probare sensit Ri-  
 pa in dic. §. duo fratres, num. 83. quia ibi hæres vendidit  
 rem tanquam propriam ipsius fideicommissarij præsen-  
 tis, & expressè consentientis, nostro verò in casu frater  
 consentit, quod eam alienaret tanquam propriam ipsius  
 alienantis, & in absentia ipsius emptoris. Quæ conside-  
 ratio non diluit argumentationem. Nam, & hic dicitur  
 consentire fratri alienanti, vt vendat ius quod ipse con-  
 sentiens possit habere eueniente conditione. Nec dicitur  
 frater facere absente emptore, quia facultas instrumeto  
 diuisionis concessa generaliter, ab emptore dein de ac-  
 ceptata, videtur concessa præsentem ipso emptore. Tertio  
 præter Bart. adducit Ripa l. quoties ab omnibus. Co. de  
 fideicommiss. Quattro tex. cap. 1. §. Titius, si de feudo fue-  
 rit controuer. His accedit l. si seruus communis. ff. de  
 don. inter virum, & vxorem. l. apud Celsum. §. questum.  
 ff. de doli mali except. l. si fideiusor. §. pater. ff. de fideiuss.  
 & l. 2. C. de remis. pignor. quibus probatur, quod cõsen-  
 52 tiens alienationi rei, sibi præiudicat, vt alienatio reuo-  
 cari non possit. Quartò secundum Alciar. d. §. duo fra-  
 tres. n. 29. in fin. quia non debet emptor esse deceptus. l.  
 si cum mihi de dolo. de leg. 1.  
 Hæc opinio multò magis locum habet, quando data  
 53 fuit libera omnimodo facultas alienandi. Nam tunc  
 censetur omninò remissum fideicommissum. Ita respon-  
 dit Soc. Sen. in conf. 43. n. 11. & 12. lib. 4. Idem quando  
 fuit dictum, quod vno diuidentium vendente portio-  
 nem suam, alij etiam teneantur vendere, & pretium  
 inter se diuidere. Sic consuluit Crauet. in conf. 69. num.  
 14. in fine.  
 Extenditur primò, vt procedat prædicta opinio, etiã  
 54 si hæredes ipsi fideicommissio grauati suo iuramento  
 confirmassent ipsum fideicommissum. Nam adhuc con-  
 cessa in diuisione alienandi facultate, censetur remissu  
 fideicommissum, secuta alienatione, ita quod non pos-

sunt ipsa bona recuperari. Ita docuit Alc. in d. §. duo fra-  
 tres. numer. 31. vers. sed quid si fideicommissum, & c. qui  
 reiecit opinionem Ias. in conf. 173. lib. 4. qui quidem Ias-  
 son respondit de bonis emphyteuticis.  
 55 Extenditur secundo, vt locum etiam habeat, quod ad  
 pretium. Nam nec illud frater superflus recuperare po-  
 test. Ita responderunt Soc. Sen. in conf. 43. nu. 19. vers. sic.  
 quantum. lib. 4. Curt. Sen. in conf. 64. col. penul. Ruin. in  
 conf. 162. col. pen. vers. nam etiam. lib. 2. Grat. in confil.  
 60. num. 11. & num. 21. lib. 1. & Crau. in conf. 237. in fin.  
 Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 52. nume. 47. qui  
 alios refert.  
 Ea ratione ij moti sunt, quia est mutua concessio, &  
 remissio, seu donatio, & propterea de pretio partes ipse  
 non cogitatur. Cum enim voluerit remittere, atq; ex-  
 tingueret fideicommissum, etiam ius respectu pretij re-  
 mittere voluerunt.  
 Dissentiant tamen à prædictis Corn. in conf. 340. nu.  
 2. lib. 1. Ripa in d. §. duo fratres. nu. 84. vers. limita secun-  
 do. & ibidem Alcia. in respon. 559. in fin. & in respon.  
 577. num. 1. vers. confirmatur hæc sententia. Non enim  
 (ij scripserunt) qui concedit facultatem alienandi, cen-  
 56 setur remittere iuri, quod habet respectu pretij. l. si  
 fundum per fideicommissum. de leg. 1.  
 Conciliari possunt hæc opiniones, vt prima locum ha-  
 beat, quando expressè, vel tacitè ex coniecturis constat  
 diuidentes voluisse omninò remittere fideicommissum,  
 sicque illud extinguere.  
 Secunda verò procedat, quando ipsi diuidentes solū  
 inuicem dederunt alienandi facultatem. Ita sensit Alc.  
 in d. §. duo fratres, nu. 28. in fi.  
 Declaratur primò prædicta Bart. & sequacium tradi-  
 57 tio, vt locum habeat, quando alienatio facta fuit titulo  
 singulari, secus verò si titulo vniuersali, vt puta in institu-  
 do hæredem in testamento. Nam hoc casu locus est re-  
 uocationi fideicommissi, cum non dicatur eo modo fa-  
 cta alienatio, quo data fuit facultas, quæ quidem fuit,  
 vt titulo singulari alienare possit. Ita scripserunt Alc. in  
 d. §. duo fratres, numer. 31. vers. sic, sed et si, & in respon.  
 577. num. 1. Decia. in conf. 3. nume. 147. lib. 1. & Rimin.  
 Iun. in conf. 204. num. 11. lib. 2. qui similib. comprobata.  
 sic Cephal. conf. 371. num. 28. & 29. lib. 3. & Peregrin. de  
 fideicom. art. 52. num. 46. prope si dum sequitur Decia.  
 & Ceph. supra allegatos, & simile est quod respondit Sil-  
 uan. conf. 14. dum censuit, quod filius grauatus restituere  
 hæreditatem, si sine filijs deceisset, & cui testator de-  
 dit licentiam disponendi, & alienandi bona ipsius fidei-  
 commissi, intelligi si re ipsa specificè, & singulariter ea  
 alienet, vt si in testamento expressim eorum fecerit men-  
 tionem. Cæterum dubia est opinio hæc, cum aliter sen-  
 58 tiant alij per multi, qui scribunt, huic licentiæ, & facultati  
 alienandi censi latis factum, si alter ipsorum diuiden-  
 tium condidit testamentum, & hæredem instituere  
 vniuersalem, nulla facta specifica mentione bonorum  
 fideicommissi, cum hæres censetur etiam in eis institu-  
 tus. Ita sanè Alex. in conf. 189. nu. 11. lib. 2. Soc. Sen. conf.  
 43. num. 2. lib. 4. Rui. conf. 144. numer. 20. & confil. 152.  
 numer. 10. lib. 2. Cur. Sen. confil. 64. Antiquissima. col.  
 pen. Paris. conf. 71. num. 22. lib. 3. Grat. conf. 60. num. 9.  
 li. 1. Zuchar. in l. 1. num. 61. Co. de pact. Crauet. confilio  
 638. num. 15. li. 3. Rim. iun. conf. 80. nu. 40. li. 1. Pancir.  
 confil. 59. num. 8. Hieronym. Gabr. conf. 125. numer. 16.  
 li. 1. Honded. conf. 33. num. 50. & ego ipse conf. 87. num.  
 60. li. 1. & conf. 324. num. 33. lib. 4. Ita quoque in licentia  
 alienandi fideicommissi, bona concessa à testatore hæ-  
 redi grauato, aduersus Silua. manifestè respõderunt Pa-  
 ris. conf. 72. num. 60. li. 3. Marcha. conf. 81. num. 10. sic &  
 Pereg. de fideic. art. 40. in 2. difficultate, num. 57. & aper-  
 tius num. 59. vers. Non obstant contrafia & c. & verè  
 idem senserunt in his terminis Ias. conf. 173. col. 2. vers.  
 sed

sed præmissis non obstantibus. lib. 2. & Ruin. confilio  
 112. num. 10. lib. 2. & confil. 122. nume. 12. lib. 3. Distin-  
 ctione duorum casuum conciliari fortè possunt duæ hæc  
 contrariæ opiniones.  
 Primus casus est, quando diuidentes bona fideicom-  
 missi dederunt inuicem plenam, & amplam facultatem,  
 & licentiam alienandi ipsa fideicommissi bona, tanquam  
 ad eorum singulos iure proprio, & pleno iure, & domi-  
 nio spectantia, & pertinentia. Hoc sanè casu cum singuli  
 diuidentium effecti sint domini libere ipsorum bonorū,  
 ita vt nulla sit differentia inter bona ipsa iam fideicom-  
 missio supposita, & alia libera à se possessa, dicendum est  
 eodem modo, & forma, vel titulo vniuersali, vel genera-  
 li posse alienari, & in ipsa generalitate, vel vniuersalitate  
 contineri, sicuti continentur eius bona libera nullo onere  
 grauata. Cum hic, vt dixi, sit æq. dominus vnius ac alterius  
 speciei bonorum. Et hoc casu vera est, & locū habet  
 secunda opinio. Et hoc quidem casu cessat illa ratio,  
 qua inter alios motus est Cephal. in d. conf. 371. nu. 27.  
 qui primam opinionem probauit, cum dixit instituentem  
 hæredem in omnibus suis bonis, præsumi disponere de  
 suis proprijs, non autem de suppositis fideicommissio,  
 iuxta gl. l. consilium. ff. de iur. cod. & confert tex. l. qd  
 in rerum. §. 1. ff. de leg. 1. Hæc sanè ratio cessat hoc in ca-  
 su, in quo testator est æq. dominus tam, vt dixi, vnius,  
 quam alterius speciei bonorum.  
 Secundus est casus, quando diuidentes bona fideicom-  
 missi, simpliciter dederunt inuicem facultatem, & licen-  
 tiam alienandi portionem sibi contingentem, cuius do-  
 minium claris, amplisque verbis non transulerunt. Hoc  
 casu procedere, & locum habere potest prima illa opi-  
 nio, quod scilicet si alter diuidentium instituat hæredem,  
 non censetur in vniuersali ea dispositione comprehen-  
 dere bona fideicommissi, sed sua propria, nulli autem fi-  
 deicommissio supposita. Eadem distinctione conciliari  
 potest opinio Silu. in d. conf. 14. cum illa ab eo dissen-  
 tium. Et simili distinctione vtat in fra. lib. seq. præsu.  
 197. num. 19.  
 Declaratur, secundo, vt locum habeat hæc alienandi  
 59 facultas respectu ipsorum non diuidentium, non autem alio-  
 rum, ad quos eueniente casu restitutionis fideicommissi  
 deuoluitur. Ita Ruin. in conf. 138. num. 10. li. 2. qui  
 hoc comprobat egregia doctrina Baldi in l. qui se pa-  
 tris. C. vnde liberi. Alciar. in respon. 561. in fine. & in re-  
 spo. 577. num. 3. qui ob id respondit, agnatos imo filios  
 diuidentium posse consequi fideicommissum, si hære-  
 des non existunt ipsorum diuidentium. Idem consuluit  
 Alba in conf. 74. num. 1. & 2. qui idem sensit, etiam si fi-  
 lius extet hæres patris diuidentis, id quod placuit, &  
 Ruino vbi supra, sed existimo eos malè sensisse ex his,  
 quæ scripsi in conf. 89. lib. 1.  
 60 Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando di-  
 uisio facta fuit quoad vsum fructum tantum. Ita Gratus  
 in d. conf. 29. nu. 35. li. 2.  
 Declaratur quarto, vt non procedat, quando diu-  
 61 dentes dixerunt, quod possent alienare cum suis iuri-  
 bus. Nam tunc non dicitur remissum fideicommissum.  
 Alc. in d. §. duo fratres. nume. 30. vers. alius casus, post  
 Angel. ibid. quæst. 5.  
 Declaratur quinto, vt non habeat locum, quando ex  
 62 alio actu subsecuto constare possent diuidentes noluisse  
 remittere fideicommissa, etiam secuta alienatione. Ita  
 Ruin. in conf. 147. num. 15. in fi. lib. 2.  
 Sextus est casus, quando in diuisione adiecta fuit clau-  
 63 sula, f. ad habendum, tenendum, & quidquid voluerit  
 faciendum. Hoc in casu affirmarunt multi præsumi re-  
 missum fuisse fideicommissum. Ita Ang. Alexan. Crot-  
 tos. & Parisus, quos retuli, & secutus sum in conf. 87. n.  
 15. lib. 1. Et illis accedunt nunc Ruin. in conf. 147. nu. 15  
 ver. præterea ipse. lib. 2. Soc. Iun. in confil. 116. num. 56.

lib. 1. Panciroli. in conf. 79. in fin. & Bursat. in confil. 64.  
 num. 30. lib. 1. in præsumpt. 22.  
 Hæc enim verba, ad habendum, tenendum, & quid-  
 quid voluerit faciendū, sine dubio plus operantur quã  
 64 illa præcedentis casus. Nam qui de re aliqua facere po-  
 test quod vult, eam vedere, donare, legare, & hæredem  
 in ea instituere potest, sicuti manifestum est. Imò dece-  
 dendo ab intestato, dicitur vocare proximiores, atq; ita  
 ea de re disponere, iuxta l. consilium. ff. de iure codi-  
 cillo. de qua differemus subsequenti in libro. Id quod  
 permissum non est, quando data fuit simpliciter alienan-  
 di facultas, sicuti superiore casu explicauimus.  
 Extenditur hic casus, vt locum etiam habeat, quando  
 in diuisione sic dictum fuit, ad habendum, tenendum,  
 65 & quicquid placuerit faciendum. His etiam verbis cen-  
 setur remissum fideicommissum. Ita scripserunt Crot.  
 Ruin. Gratus, Zuchar. Socin. Iun. & Alc. quos commemo-  
 rauit, & secutus sum in conf. 87. num. 19. lib. 1. & de  
 eadem facti specie mecum interrogatus, idem respondit  
 Roland. in conf. 34. nume. 78. lib. 4. Illis nunc accedunt  
 Berous in conf. 172. num. 7. lib. 2. Natta in conf. 55. nu.  
 33. lib. 3. Ceph. in conf. 253. num. 7. lib. 2. qui de eadem  
 facti specie respondit cum Crauet. in conf. 638. Bursat. in  
 dic. conf. 64. nu. 31. lib. 1. & nouis. Pereg. in dic. art. 52.  
 num. 41. vers. contrarium.  
 Ea est huius sententiæ ratio, quia hæc verba signifi-  
 cant plenam alienandi datam esse facultatem, quæ alio  
 qui nil operaretur, nisi fideicommissum diceretur rem-  
 missum.  
 Cæterum à prædictis dissentiant Ruin. in conf. 137.  
 num. 7. & in confil. 147. num. 45. lib. 2. Alc. in dic. §. duo  
 fratres. num. 33. vers. sed quid si latissimus. Grat. in conf.  
 17. nu. 49. lib. 1. & in conf. 29. num. 35. lib. 2. Rim. iun. in  
 conf. 204. num. 93. lib. 2. qui latè differit. Quorum qui-  
 dem opinio comprobatur ex his, quæ simul in casu res-  
 pondit Deci. in conf. 521. nu. 11. ver. vt. non obstat, & c.  
 Illa tamen prima opinio magis recepta est.  
 Extensio hæc multo magis procedit, quando eadem  
 66 facultas data fuit etiam fratribus ipsorum diuiden-  
 tium. Ita Crot. in dic. §. duo fratres, num. 133. vers. præ-  
 terea cum in casu, alios refert Peregrin. in dic. art. 52. nu.  
 42. Ea ratione vltus est, quia si fideicommissum adhuc  
 extare diceretur, non possent dicta bona, veluti fideicom-  
 missio subiecta deuolui ad eorum hæredes, cum alienari  
 prohibeantur in contractu, & in vltima voluntate. l. pe-  
 to. §. prædium. de legat. 2. Qui ergo vult consequens, di-  
 citur etiam velle antecedens. l. ad rem mobilem. de pro-  
 cur. Et rursus (ait Crotus) per fideicommissum succedi-  
 tur ipsi testatori, non autem hæredi grauato. cohære-  
 di. §. cum filijs. ff. de vulgar. cum ergo dictum sit, quod  
 eorum hæredes possideant, & perpetuò faciant de dictis  
 bonis quicquid sibi placuerit, fideicommissum dicitur  
 remissum, quia alioqui eis non succederetur ratione  
 dictorum bonorum, sed testatoris, a quo fideicommissum  
 fuit relatum. dic. §. cum filijs. Sicque intelligimus  
 minus rectè sensisse Grat. in conf. 29. num. 41. & 42. li. 2.  
 dum contrarium respondit.  
 Septimus est casus, quando in diuisione apposita fuit  
 67 hæc clausula, ponentes sese in omnè eorum locum, ius  
 & statum in prædictis bonis, vt in rem propriam. His  
 enim verbis præsumitur remissum fideicommissum. Ita  
 Alex. in conf. 8. num. 6. vers. denique. lib. 5. Crot. in d. §.  
 duo fratres. num. 133. Ruin. in conf. 137. num. 7. in col.  
 144. num. 19. ver. & dato, in conf. 152. col. pen. li. 2. Grat.  
 in conf. 60. num. 19. lib. 1. & Socin. Iun. in conf. 116. nu.  
 60. lib. 1. Et horum sententiam secutus sum in conf. 87.  
 num. 29. in fin. lib. 1. & his accedunt Thobias Nonius in  
 conf. 41. num. 8. Pancir. in confil. 59. num. 79. Id. in sen-  
 sit Rol. in confil. 34. num. 82. lib. 4. qui illi meo responso  
 87. subscripsit. & nouis. Pereg. in dic. art. 52. num. 18.  
 Ea asser-